

post mortem elicta virtualiter in restitucionem influit, saltem non ita, ut hæc illa nunc humano modo procedat: & defunctus restituitionem jam nec procurare, nec impeditre potest. Minime autem his dictis oppositus est S. Thomas in 4. diff. 45. q. 2. a. 1. ibi enim tantum docet, suffragia defuncti prodebet: quod etiam nos tenemus esse de fide.

17. n. 876.

§10. Ad confirm. Canon ille nullam prorsus mentionem facit injuria defunctis irrogata, sed ita sonat: *Qui oblationes defunctorum, aut negant Ecclesiis, aut diffundunt, tanquam egenitum necessitatem excommunicentur*: ubi non fit mentio injuria defunctis, sed Ecclesiis, & pauperibus illata. Fit tamen utique etiam injuria defunctis, si non fiat restitutio, ab ipsis impetrata: at non propterea ipsi detinunt usque ad restitucionem, acta factam, in purgatorio: quanquam restitutio facta ipsis, ut dictum, multis modis profit, & haeredes, vel executores, ad eam faciendam exiustiæ obligentur, atque etiam ad eam obligationem implandam possint censuris compelli. Neque propterea prudenter fides absterrunt & relinquendis piis legatis; nam utique voluntas efficax aliquid applicandi causis piis, valde est meritoria: sicut nec absterrunt homines ad exercendis actibus piis externis, licet communior Theologorum censeat, eos per se non augere meritum actuuum interiorum, ut dictum *tract. de actibus human.* n. 164.

§11. Ob. 4. contra 4. conclusionem. Siquis e. g. furatus est canem, velequum, & hic elapsus ē domo furis recurrat ad dominum, sufficienter facta est restitutio (& parvæ ratio, si dominus, quacunque denum ex causa, rem suam, etiam invito fure, recuperet) ergo præceptum restituendi tantum præcipit, rem alienam non detinere, adeoque est negativum. Resp. neg. antec. In tali casu non est facta restitutio formaliter talis, sed tantum ex defectu materiae, seu objecti (id est, ex defectu juris laci, & neendum in antiquum statum reduci) cessat obligare præceptum; sic etiam, si dominus furi condonet furtum, non est facta restitutio, eti non amplius detur obligatio restituendi: certe non potest illa recuperatio rei sue, nisi valde materialiter, dici restitutio.

§12. Ob. 5. Præceptum restituendi, obligat semper, & pro semper: ergo est negativum. Confir. Paritas de auditione sacri adducta n. 502. non est apta ad nostrum casum: ergo. prob. antec. negatio laci non est semper præcepta, sed tantum tunc, quando est impedimentum sacram audiendi: restitutio autem est semper præcepta: ergo. Resp. om. ant. neg. conseq. ex eo tantum sequitur, quod illud præceptum etiam indirecte præcipiat negationem dilationis, vel prohibeat retentionem, in explicatum n. 503. & utique docent Theologi cum S. Thoma. 2.2. q. 62. a. 3. in corp. non posse differri restitucionem, sed statim debere eam

ver.

fieri, quamprimum moraliter fieri potest: si autem aliquod rationabile impedimentum per accidens occurrat, e. g. quia fur sine Infamia non potest statim restituere, creditor, seu laetus, non potest rationabiliter esse invitus ex eo, quod aliquantum restitutio differatur. videatur Gormaz de iust. diff.

17. n. 876.

Ad confirm. neg. antec. ad prob. neg. conseq. nam hac diliparitas est tantum materialis; nos enim a pari tantum ostendere volumus, posse aliquod præceptum directe esse affirmativum, eti indirecte sit negativum: quod tam bene stat in eo præcepto, quod aliquid semper vetat, quam in eo, quod tantum pro aliquo tempore aliquid vetat. Addit. quod nec restitutio sit semper præcepta; nam casu, quo quis nihil abstulit, non est pro ullo tempore ei præcepta restitutio.

ARTICULUS IV.

Quenam sint Radices Restitutionis.

§13. R adix formalis, unde oritur restituendi obligatio, est quidem, ut saepe diximus, jus alterius, quod compensari, vel æquari debet, quodque formaliter inducit eam obligacionem: at modò loquimur de radice restitucionis quasi materiali, quæ radix restitucionis nihil est aliud, quam objectum materiale, quod conditionem præbet obligacionis illius formalis activa, que à jure alterius inducitur. Has autem radices vario numero assignant authores: 3: quidam enim septem assignant, quidam quatuor, quidam tres: communior ramen cum S. Thoma duas assignat. Ab his, qui septem numerant, haec assignantur. 1. *injusta damnificatio.* 2. *injusta acceptio.* 3. *injusta retentio.* 4. *res accepta.* 5. *injusta cooperatio.* 6. *contractus.* 7. *quasi contractus.* e. g. ratione officij judicis, parochi &c. male administrati. At vero ab ijs, qui quatuor radices ponunt, haec numerantur 1. *res accepta.* 2. *injusta acceptio.* 3. *contractus.* 4. *lex.* Qui tres statuant, omnis illius bus posterioribus substiruunt radicem mixtam: a. S. Thoma autem, & alijs pluribus communiter statuitur tantum radix gemina, scilicet *res accepta.* & *injusta acceptio.*

§14. Dico cum hac ultima opinione. Radices restitucionis convenienter revocantur ad duas, nempe ad rem acceptam, & injustam acceptiōnem. Prob. Ad has duas radices possunt omnes: ergo non debent revocari possunt omnes: ergo non debent frustra multiplicari, ant. prob. obligatio restitucionis oritur primò ex eo, quod qui habeat rem alienam in se ipsa, vel in æquivalenti (five culpabiliter, five, inculpabiliter habeat) ut est communis; si enim habet adhuc ipsam rem, tunc, ut est pro-

Quæ sint radices restitucionis.

verbium: *Res clamat post dominum:* adeoque debet restituī.

Si non amplius habet rem ipsum formaliter, sed habet eam æquivalenter (vel quia eam vendidit, & haber pro ea pretium æquivalens, vel quia alio modo ex ea factus est dicitur, hoc est, accepit ex ea aliquod emolummentum, vel adhuc aliquid de ea re habendo, vel alijs suis sumptibus parcendo &c.) tunc faltem tenetur, rem restituere earenus, quatenus dicitur factus est ex L. 206. ff. de regul. juris. quæ sic habet: *Juris natura æquum est, neminem cum alterius detrimento, & injurya fieri locupletiorem:* quod idem dicitur L. 14. ff. de conditione indebiti. & sanè naturale lumen exigit, ut, qui plus habet, quam ei ratione juris sui competit, reddat illi, qui minus habet, quam ei ratione juris sui debetur: & quidem reddit in illa re, in qua plus habet: sanè nisi deberetis ita restituī, dissolvetur commercium, pax, & tranquillitas humana: hac autem obligatio quam optimè revocatur ad radicem rei accepte.

§15. Ubi tamen notandum, quodque debet factus esse dicitur ex re aliena causâliter, & non tantum occasionaliter. Fit autem dicitur tantum occasionaliter ille, qui rem alienam nunquam convertit in suam, nec formaliter, nec æquivalenter: sed tantum ejus occasione aliquid accipit. e. g. si fur, quia feliciter ei furtum successit, donaret aliquid revera suum Cajo, non teneret ita hoc restituere. Pariter, neque debet quis plus restituere, quam factus sit dicitur: sic qui dedit rem alienam pretiosiorem, non daturus tam pretiosam, si hanc non haberet, non tenetur ex re accepta ad totam estimationem hujus rei, sed tantum ad estimationem illius, quam alias dederit. Vicissim neque tenetur ad reddendum plus, quam valeat res aliena: hinc, qui dedit rem, alienam minus pretiosam; quia ad manum fuit, datus alias pretiosiorem, non tenetur plus, quam valuerit res aliena; quia plus effectivè non nocuit.

§16. Secundò oritur obligatio restitucionis ex eo, quod aliquis jus alterius lacerit, sive dein lacerens, rera, ratione cuius jus lacerit, adhuc habeat, sive non, sed e. g. perdiderit: sive aliquid verè accepit: & utilitatem perceperit, ut fui: sive nihil accepit realiter, ut incendiarius; nam, quod talis injustus lacer restituere debeat, saltem æquivalentes, dubitari non debet ob communem autoritatem SS. Patrum, ex quibus S. Augustinum suprà attulimus n. 499. & communis Theologorum sensum, qui docent, restituendas esse, non tantum res ablatas adhuc formaliter existantes, sed etiam virtualiter, vel æquivalentes existentes, quin & omne commodum, quod alteri quomodounque injuste ablatum est, quodque prius dominio ex sua re provenerat: si tamen injuste: hoc est, contra justitiam res sic ablata, vel destruta; si enim rem, quam bona fide putas tuam, destruas, etiam luxuriando, vel alio modo

inhonesto, non destructurus aliam, si hanc non haberes, non teneberis ad restitucionem.

§17. Confir. 1. Nisi injusta acceptio (idem est de iusta lesioni; nam ita duo hic sumuntur pro codem) induceret obligationem restituendi, periret pax, & commercium hominum, viaque aperiret furtis, & rapinis &c. ergo ius naturale obligat ad talem restitucionem. Confir. 2. Jus alterius per furtum non tollitur, sed ladiatur: ergo dominus potest merito exigere, ut iusta compensatione, ne lesio in effectu perduret. Tandem sunt lumini naturali etiam barbaris nota haec veritates: *Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris;* &: *Omnia, que cunque vultis, ut faciant vobis homines, & vos facite illis.* Matth. 7. v. 12. ex quibus consequens est, quod nemini debeat fieri iusta lesio, & si facta sit, debet reparari. Quare recte dicitur, quod secunda radix restitucionis sit iusta acceptio, aut laci.

Ad has autem duas radices omnes aliae revocari possunt, etiam, quæ ex contractu, vel quasi contractu, aut lege oriuntur: & hinc non male Inniger de restituzione q. 1. a. 4. videtur has posteriores radices, scilicet ex contractu, vel quasi contractu, aut lege, reducere ad iusta acceptiōnem; quia, qui debet restituere ex lege, tenetur ex culpa juridica, vel acceptiōne civiliter iusta. Pariter, qui tenetur ex contractu, e. g. ad praestans etiam casus fortuitos, quibus res periit, iterum juxta hunc authorem tenetur ex quasi delicto, fictione juris; quia tunc damnum fortuitum se habet fictione juris. acsi contrahens illud suā culpā dedisset.

ARTICULUS V.

Solvuntur Objectiones.

§18. O B. 1. contra 1. conclus. In re accepta, tanquam species in genere: ergo est tantum una radix, prob. ant. non potest dari acceptio, quin detur res accepta: ergo. Resp. hanc objectionem multum habere de voce: adeoque standum potissimum auctoritate. Est quidem verum, quod non possit dari acceptio, quin detur res accepta: cùmque acceptio sit genus ad iustum, & iustum, etiam res accepta, genericè sumpta, includet aliquo modo, tam iustum, quam etiam iustum acceptiōnem, tanquam duas species: adeoque etiam iustum acceptiōnem: sed hoc argumentum æque probaret, debere pro radice assignari acceptiōnem generice sumptam, & non rem acceptam; coquid etiam acceptio generice talis involvat, vel certe post se trahat rem acceptam, sive iuste, sive injuste. Quia tamen communis auctoritatis magis placuit, non sistere in genere, sed descendere ad duas species, non huic recte assertiōnem nostram conformamus.

R 2

Vide

Videtur autem assignata fuisse duplex hæc radix in specie, ut intelligatur, aliquando restitutionem necessariam esse, et si nulla formalis iniustitia præcesserit. Si ulterius petas, cur non assignetur acceptio justa, & iusta. Resp. Videtur mihi, authores voluisse attendere ad hoc, an res adhuc extens, an non amplius extens: in primo casu claret obligatio statim ex ipso re: in secundo autem ex præcedenti acceptio. Sed hæc fatis de litte magnam partem de nomine,

§19. Ob. 2. Si quis tenetur ex re accepta, tenetur statim restituere; quia res semper clam post dominum: sed hoc videtur valde difficile: ergo. Resp. conc. mai. neg. mi. statim enim, ac quis advertit certò, rem non esse suam, debet eam restituere; alias incipit esse possessor malafidei. Si autem tantum dubitat, debet inquirere, ut diximus n. 363. & si dubium vincere non potest, potest, ut ibi diximus, rem retinere, donec veritatem liquido, vel saltimo probabilitus compriat. Potest tamen contingere, ut etiam, qui certò compert, rem esse alienam, possit aliquando aliquamdiu restitucionem differre, quando nempe, vel ob periculum, vel ob nimiam difficultatem, vel aliam causam justam, dominus non censetur posse esse rationabiliter invitus, ratione aliquius dilationis.

§20. Ob. 3. Qui inculpabiliter alicui detrahit, tenetur restituere famam: atqui non ex re accepta; quia illam non habet: neque ex iusta acceptione; quia inculpabilis error eum excusat: ergo datur tertia radix. Resp. conc. mai. (Saltem si id fieri possit sine gravi incommmodo, ut docent communiter Lugo de iust. disp. 15. sec. 1. n. 4. Lessius de iust. l. 2. c. 11. dub. 22. Vogler de restitut. n. 61.) neg. mi. quia iuxta Lessium, & complures alias fama moraliter, seu in communi estimatione, detinetur a detractor, licet non detineatur physicè, sed jam sit destruta; nam dicitur fama restitui, & non compensari, sicut tamen dicuntur compensari bona exteriora, si non eadem reddantur; unde titulus rei accepta urget.

§21. Alii cum Lugone, & Vogler loc. cit. dicunt, non esse propriè dictam restitucionem, sed potius non continuationem prioris lesionis: atque adeò præceptum redintegrandi famam non præcipere restitucionem iuste dictam, sed tantum vetare novam quasi lesionem, seu continuationem prioris. Similitudinem dat Lugon. 4 in eo, qui inculpabiliter incidunt domum: hic debet ex iustitia incendum restinguere, quantum potest; quia debet ex iustitia, quantum potest, procurare, ne ex sua actione ulterius incendum sequatur: quia extinctione non est restitutio, sed impeditio damni ulterioris. Pariter ait, qui incaute detrahit, debet etiam procurare, quantum potest, ne ex suis verbis sequatur damnum perdurans, imo ordinariè creicens.

Sed fors ex hoc videbitur sequi, quod etiam is, qui inculpabiliter aliquid alterius destruxit, e. g. librum, quo, dum ille alter sa-

rere debet, non potest sua studia prosequi, teneatur etiam pro eo restitucionem aliquam facere, nisi dicatur, quod hæc esset frictè dicta restitutio, & non tantum impeditio ulterioris damni, vel quod damnum tale non esset à dannificante impedibile sine notabili suo damno. Prior responsio est expeditor, & sufficit in lite præseruim vocabularia, in qua ordinariè plus valet authoritas, quam ratio.

§22. Ob. 4. Ponatur casus, quod quis rem alienam, e. g. pecunias, jam miscevit indiscernibiliter cum suis, talis acquisivit dominium totius cumuli pecuniarum, consequenter etiam earum, quæ prius fuerunt alienæ: ergo non semper debet quis restituere ex radice rei accepta. Resp. dist. antec. talis acquisivit dominium totius cumuli totalitate objecti. conc. antec. totalitate juris, neg. antec. & dist. conseq. non tenetur eas reddere in individuo. conc. conf. in equivalenti, vel in specie. neg. 1. & etiam 2. conseq. Idem est, si dicas, talem acquisivit quidem dominium sed non plenum, vel certè cum obligatione compensandi damnum alterius, ut diximus, quando egimus de commixtione &c. n. 26.

Quodlibet alias eas pecunias accepisset à fure, antequam fur eas commisceret indiscernibiliter cum suis, & acquisivisset dominium, teneatur ad restitucionem etiam hic acceptor. At, si fur eas ita cum sui miscuisset, ut dominium acquisivisset, tunc alias ab eo postea accipiens non teneatur ad restitucionem; quia fur validè potuit dominium transferre. Ita Sanchez l. 2. oper. moral. in decal. c. 23. n. 34. Et sanè, si non acquiretur in tali cau domini, cum multis sepe habeant iusta pecunias, mixtas aliis, quas vero, & justo dominio possident, dubitate semper possemus de donationibus, vel etiam solutionibus talium hominum, an valide essent.

§23. Nota insuper, in rebus usu consumptibilibus regulariter posse reddi unam pro altera, in aequivalente tamen mensura, & pretio, seu bonitate. Quod si res non sint usu consumptibles, tunc ordinariè non licet, rem etiam aequaliter, vel pretium redditio: sed debet reddi res in individuo; nam e. g. pro equo reddere pecuniam, esset tantum illam solvere: atqui non potest tantum solutio reddi pro re, si dominus non vult eam vendere: estque iuria, cum cogere ad rem vendendam, vel etiam permittandam; quia potest dominus habere specialiter effectum ad hoc individuum ob certam causam: & sic non esset contentus, etiam si redderetur aliquid in alio genere melius: si autem dominus esset contentus, vel moraliter certò credereetur contentus fore, si pretium, vel aliud redderetur, utique restitutio talis sufficeret.

§24. Ob. 5. Qui rem alterius bona fide emit modico pretio, potest, quando eam reddit, repeteret pretium: ergo non semper tenemus ex re accepta. Resp. Si quis sciens, rem esse alterius, eam emat à latrone, vel iure, vel

vel raptore alio iusto; eoque puter, se domino in hoc praefare obsequium, qui libentius expensurus sit aliquid, quam omnino re sua caritatus: esset autem omnino caritatus, nisi levi pretio redimeretur; eoque posseffor nullatenus eam gratis effet redditurus: si quis, inquam, in tali casu in gratiam domini emat eam rem, e. g. equos, vel boves ab hostibus abactos, ea intentione, ut domino restituat, potest pretium exigere tanquam utilis negotiorum gestor.

Imò, ut aiunt, Lugo disp. 17. n. 4. & Vogler de restitut. q. 4. n. 55. hubinde potest exigere totum pretium, si scilicet totum pretium expendit; eoque sciverit, dominum ob affectionem ad rem male totum pretium dare, quām ea carere: si autem id falsò tandem putaret, & dominus non esset ita constitutus, totum exigere non posset; quia non esset utilis negotiorum gestor: & alias, si ob ignorantiam expendisset pretium excessivum, deberet dominus id reddere, & sic rem suam emere pretio excessivo: & hinc, ut ait Lugo cit. loc. in utili negotiorum gestione non attenditur gestoris opinio, sed effectus, & sibi debet imputare ignorantiam suam negotiorum gestor imprudens.

§25. Ubi nota, quod, si quis rem alienam bona fide alteri donasset, non donatus aliam, si hanc non haberet, ad nullam restitucionem teneatur; quia non est ditor factus: adeoque nec ex re accepta, nec ex iusta acceptione teneatur. Si tamen suiflet donatus aliam, cui haec ratione pepercit, ditor factus est, & tenetur restituere in tantum, in quantum ditor factus est. Pariter si quis rem alterius bona fide emit, & rursus bona fide vendidit, aequali, vel minori pretio, nihil tenetur domino restituere; neque enim tenetur ex re accepta; quia eam non habet, nec aequaliter; cum non sit factus ditor: nec ex iusta acceptione, quæ non fuit facta. Si tamen majori pretio vendidisset, & attendendum, an excelsus sit tantum fructus industrialis, e. g. si rem transfluit in alium locum, ubi plus valet; tunc enim ipsum excelsum potest retinere. Idem dicendum ait Lugo de iust. disp. 17. n. 21. & seq. si quis rem omnino immutatam rursus vendat summo pretio; nam excelsus ille super medium pretium videtur esse fructus industrialis; alias enim, si esset fructus naturalis, tunc etiam, si dominus recuperaret suam rem, tamen deberet excelsus ille ipsi dari, quod videtur falsum. Unde talis, qui primit rem emit minore, postea autem adhibita sua industria eam vendit majore pretio, etiam si hac industria factus sit ditor, nihil tenetur domino restituere: si autem factus esset ditor ex iusta, e. g. si eam donatione accepisset, teneatur domino reddere aequaliter rei ablata, & sic eum reddere indemnum: qualem tamen jam reddit pretium medium, quantum scilicet res naturaliter ex se censetur valere, adeoque, quod superat pretium medium ipso, potest talis vendor tanquam fructum in duofratiale retainere; maximè cum ad acquirendum summum pretium requiratur

Vult hoc Sanchez, confirmare L. Si rem. 22. ff. de petitione hereditatis, ubi dicitur, oportet restituiri & rem, & quantum ex venditione ejus lucratus est: ad quem textum respondet Layman, & Molina locis citatis, cum agere de particulari negotio hereditatis. Alio responderet Lugo de iust. disp. 17. n. 22. scilicet, eam legem fundari in presumptio, quod possessor hereditatis voluerit pretium loco rei substituere: quod videtur insinuari verbis Hadrjani in ea lege allatis, ut observat idem Lugo: talis autem presumptio non haberat in aliis casibus.

Admitit autem etiam Sanchez, in eo casu pretium industriae / si aliqua specialis intervenit, e.g. res in alium locum translata est: vel simile quid factum: & utique ad acquirendum pretium summum sepe aliqua necessaria est) posse retineri a possesso: si autem pretium magius sit fructus naturalis, e. g. quia vinea per maturitatem fructuum estimabilior facta est, vel vitulus, aut equus crevit, tunc debet pretium illud restituti domino, saltem dempto pretio laboris, vel alimenti, ut habet Vogler de restitut. n. 56, cum communii: & ratio clara est; quia res fructificat domino suo.

§27. Ob. 6. Ponamus, quod bona fide Titius donaverit Cajo equum Sempronij, Caius autem equum vendat Sticho; in hoc casu non posset assignari, quis deberet facere restitutionem Sempronio: ergo, prob. minus debet eam facere Titius, qui rem nec formaliter, nec aequaliter amplius habet; nam ponimus, non esse factum diorem: non debet eam facere Caius, qui etiam equum non habet. Si dicas, Stichum debere restituere; eoque habeat ipse equum, tunc reddit quiesco, quis debeat hunc ipsum Stichum reddere indemnum. Rep. in hoc casu

Ticium ad nihil teneri, ut patet ex dictis: Stichum autem debere reddere Sempronio equum; quia res, ut dictum, clamat post dominum: &, quia hic habet ius in re, seu in equo, potest eum sibi à quovis possessori vindicare. Sed Caius debet Stichum servare indemnum, & reddere pretium; quia venditio valida non fuit, nec transfluit rei dominium in emptorem, adeoque Stichus ius habet ad rescilientem venditionis.

Quod si autem Stichus cum equo jam alio dicescisset, ita, ut Sempronius equum sibi vindicare non posset, deberet Caius premium acquisitum, quantum scilicet factus est ditor, Sempronio dare, & sic æquivalenter restituere equum; nam, cùm rem alienam commutaverit in premium, ius reali, quod Sempronius habuit in equum, convertum est propter acceptiōnē pretij in ius personale contra Cajum. ita Vogler de restitut. n. 58. & Gormaz de iustit. n. 783, id implicitè etiam tenet Sanchez l. 2. in decal. c. 23. n. 35. ubi cum Navarra ait, eum, qui vendidit equum furrium, debere pecunias nondum mixtas domino reddere.

528. Sed quid si Caius pecunias illas admiscerat suis, & hie dominum acquirat, potest autem easdem in individuo, vel tantum summan Seio donet, & ita quidem, ut nihil dedisset, nisi equum dono accepisset, adeoque non factus sit ditor: quid tunc faciendum? Ref. Lugo de iust. disp. 17. sec. 1. n. 14. Gormaz de iustit. n. 783. & Vogler de restitut. n. 59. ad nihil Seiū teneri; neque enim habet rem, seu equum Sempronij, nec eius pecunias, sed pecunias Caii, quas hic valide ei donavit.

Sempronius tamen, si equus adhuc adsit, potest eum à Sticho repetrere, quo casu eum Caius debet indemnum facere, ut ait Gormaz de iust. n. 784, nam in contractu venditionis non solum attenditur ad rem acceptam, vel injunctam acceptiōnē: sed universaliter hoc implicitè subintelligitur, quod res sit vendibilis, & vendor possit dominium transferre: &, ut bene ait Voglerus n. 58. Stichus habet ius ad rescilientem contrahens: unde in hoc casu videtur Caius factam donationem damno suo debere adscribere; nam, ut habetur L. 1. ff. de restitut. Sive tota res evanatur, sive pars, habet regresum emptor in venditione. vide etiam Sanchez l. 2. in decal. c. 23. n. 16. usque ad 23. ubi rem hanc fūs, & claram tradit: & consentit quod omnia, si equum dominus repetat: dicit tamen n. 20. si dominus non feciat, sed solus vendor, equum adhuc adesse, hunc non teneri monere dominum, ut rem suam recuperet, si propterea ipse vendor deberet pati damnum; nam, ut ait, non tenetur ex iustitia, sed tantum ex charitate monere dominum.

529. Si autem equus non amplius adsit, sed iterum à Sticho venditus sit, & a vectus irrevocabiliter, tunc Stichus ad nihil tenetur; quia equum non habet, nec ditor factus est: sed neque tunc Caius Sticho obligatur: & videtur Sempronius debere

infortunio suo hunc casum adscribere, sicut si primus fuit cum aliò avexisset. videantur autores citati, maximè Gormaz n. 785. ubi addit, quod, si talis equus furtivus, si pius e. g. venditus, adhuc tamen adsit, & a domino vindicetur, non possit vendor ultimus in tali casu emptorem suum remittere ad priorem venditorem; à quo ipse emit; nam hoc est actionem cedere, & eam dare loco pretij, quod non est equum; nec enim æquæ urile, aut commodum tali emptori est, debere primum litigare cum aliis, quam accipere immediatè pretium, vel solutionem.

Addendum etiam ex Voglero de restitut. n. 66. si Caius emiserit equum Sempronij à Ticio, & eum donaverit Sticho, qui equum vendidisset, tunc Stichum debere reddere equum, vel ejus premium Sempronio, tanquam domino comparenti; quia, licet Caius, si etiam Sticho vendidisset eodem precio equum, ad nihil teneretur Sempronio; cùm non esset factus ditor (quamvis forte tunc teneretur Sticho, ob invalidam emptionem, sicut ipsi teneretur Titius, ut habet Gormaz de iustit. n. 788.) tamen Caius non potuit hanc suam immunitatem transferre in Stichum donatarium; nam non potuit facere, ut hic non sit factus ditor ex re aliena.

ARTICULUS VI.

An quævis Intentio Prava inducat Obligationem restituendi.

530. EX Occasione dictorum de rādice restituendi, orta ex iniusta acceptiōne, queritur, an quævis illicita acceptiōne inducat eam obligationem; sive an etiam lesio aliqua, quæ per se iusta est, & iusta, sive sine peccato potest fieri, fiat iusta, & obligat ad restitutiōnē, si fiat ex prava intentione, & animo laudandi alterum: e. g. Titius iudex potest per se iuste condemnare Cajum reum legitimè convictum, sed hīc & nunc, condemnat eum ex odio, & studiis ei nocendi: queritur, an hic animus pravus reddat eam condemnationem iustam, & obliget Titium ad restitutiōnē.

Vel casus adhuc difficilior. Aliquis non habet ius alteri nocendi (sicut tanquam habet iudex respectu rei in casu supra dicto) sed tantum habet ius ad aliquam actionem, quæ potest nocere alteri: facit autem eam actionem studio nocendi: an talis teneatur ad restitutiōnē: e. g. Titius homo privatus non habet ius nocendi Cajo: habet tamen ius, ex causis per se honestis inducendi Semproniu, ut Cajo non omnia relinquat ab intestato, sed multa millia legeri Sticho: si hoc Titius faciat animo, & studio damnum inferendi Cajo: utatur tamen externis mediis per se honestis: queritur, an iustificetur, & ad restitutiōnē teneatur.

An-

Antequam respondeam, nota 1. Esi in utroque hoc casu Titius fortè ageret affectiōnē, & interius in animo contra iustitiam, actus tamen purè internus contra iustitiam, nisi etiam reddat actum externum strictè injustum, non obligat ad restitutiōnē; nam actus purè internus, e. g. animus furandi, si non mandetur executioni, non obligat ad ullam restitutiōnē, ut est certa sententia omnium, & habet Voglerus de restitut. in gener. n. 53. Noto 2. Intentio tantum mala contra charitatem, vel aliam virtutem, à justitia distinctam, etiam non obligat ad restitutiōnē; quia nulla alia virtus, quam justitia, ad restitutiōnē adstringit. His suppositis.

531. Dico. In neutro hoc casu datur obligatio ad restitutiōnē. Et quoad primum quidem casum consentiunt communiter Theologi; quia, cùm Caius non habeat ius resistens illi dambo, non fit ipsi effectiva iustitia, nec heditur ius iusta, consequenter non debet compensari. Quoad secundum casum affirmant heri iustitiam, & dari obligatiōnē restituendi quidam apud Lugonem de iustit. disput. 18. n. 98. quorum tamen aliquos aliter posse explicari putat Haunoldus: negant verò eam obligatiōnē Vasquez, Sanchez, Turrianus, Na- varrus, Lessius, Eparza, Lugo loco modo citato, Haunoldus tom. 1. de iustit. tract. 2. c. 2. n. 230. Ininger de restitut. q. 3. a. 6. Tannerus tom. 3. disp. 4. de iustit. q. 6. n. 100. Vogler de restit. in gener. n. 402. & hoc teste plerique.

Probatur conclusio quoad utrumque casum. Justitia, cum sit virtus ad alterum, ex fine suo primario versatur circa actiones externas, quibus conservatur ius alterius indemne: adeoque (ut etiam jam dictum n. 530.) non obligat ad restitutiōnē propter actiones internas, nisi illas ferantur in actiones externas, atque illas reddant strictè iustitas, ita ut per eas laudatur ius alterius: ergo, si actiones externas non laudent ius alterius, etiam conjuncte sint cum actione interna mala, non ideo obligant ad restitutiōnē: atqui in neutro casu hujus conlusionis ab actionibus internis ita redduntur strictè iustitas actiones externae, ut per has laudatur ius alterius, ut magis paterit ex mox dicendis: ergo.

532. Confirm. 1. Caius non habet ius contra actionem Titij externam, e. g. preces justas pro Sticho: ergo, licet Titius eam actionem, seu preces ponat, non laudetur efficiere ius Caii: nece magis nocet actio hac, sive fiat ex bona, sive ex mala intentione: neque inducit maiorem inaequalitatem, vel imminutionem juris in uno, quam in altero casu: ergo non videtur magis in uno, quam in altero casu afferre obligationem restituendi. Confirm. 2. ex Haunoldo tom. 1. de iustit. tract. 2. n. 231. Onus, quod adversarij imponunt, est valde grave, nec tam sufficienter est probatum, nec satis accommodatum imbecilligat humanæ, nec contentaneum communis persuasiōni (nam

plurimi homines multas actiones, alias sibi licitas, faciunt ex odio, vel invidia, e. g. mercatores vilius vendunt suas merces, ut alij eas vendere non possint: nec tamen propria tanguntur scrupulo de obligatione restituendi) ergo non debet admitti.

533. Respondent adversarij, certum esse, quod aliqua actio, ex se indifferens, ut sit iusta, vel iusta, sepe fiat iusta propter solum actum internum, ex quo procedit: e. g. actio externa, qua accipio librum in mensa jacentem, est ex se indifferens, ut sit furtum, vel non, consequenter est indifferens, ut sit iusta, vel non. Si adest animus furandi, est actio iusta: si tantum estanimus inspicendi, vel domino reddendi, est actio iusta: ergo sola intentio potest viuire actionem externam, & afferre obligatiōnē restituendi.

Sed contra est. Nos non negamus, quod actio, ex se indifferens, possit ab intentione determinari ad iustitiam, vel iustitiam, ad obligationem restituendi, vel non, quando determinatur ab intentione, ut alteri sit nociva, vel non: sicut etiam non negamus, quod actio Titij judicis, si poterit ex odio, sit peccaminosa: quia, si fieret ex zelo iustitiae, efficit honesta, & meritoria: sed hoc dicimus, quod si actio externa jam ex se sit alteri nociva, & tamen secundum se licita, non fiat iusta, seu conexa cum obligatione restituendi, præcisè propter malam intentionem nocendi: quia in hoc casu non sit actio illa contraria iuri alterius, cum alter nullum ius habeat contra illam actionem.

534. Dices. Esi Caius in dato casu non habeat ius contra actionem Titij, secundum feiūptam, e. g. contra preces pro Sticho, habet tamen ius contra eam, non fiat ex mala intentione. Sed contra: sic posset pariter dici, quod reus etiam habeat ius contra iudicem, vel carnificem, non quidem, ut non plectatur, sed tamen, ut non plectatur ex odio: adeoque etiam illi peccabunt contra iustitiam, & rehabetur ad restitutiōnē: quod ipsi adversarij negant; unde nego illatum. Caius tam parum habet ius contra totam hanc actionem Titij in concreto sumptam, quam parum habet ius contra internum odium, quo eum Titius aversatur, quin tamen in actum externum illum prodeat. Unde actio interna, vel etiam hoc totum complexum, ex tali actione interna, & externa, non est prohibitum ex iustitia, sed tantum ex alia virtute, e. g. ex charitate: sed quacumque tandem ex causa prohibitiōnē sit, ista ad restitutiōnē non obligat.

535. Ob. 1. L. Fluminum. 24. §. finali. ff. de damno infecto, item L. Procilius. 26. eod. tit. & L. In summa. 2. §. 9. ff. de aqua, & aquæ pluvia arcenda. statuit, quod is, qui facit aliquid in adiacio, vel fundo proprio, e. g. avertit torrentem, si hoc faciat ex animo, ut sibi proficit, non possit actione conveniri: at vero conveniri possit, si faciat animo alteri nocendi: ergo

go mala intentio obligat ad restitutionem. Resp. neg. antec. si intelligatur de qualcunque intentione nocendi, & non de dolosa, vel aliter contra iustitiam commutivam peccante.

536 Primæ duas leges nullam mentionem faciunt intentionis: sed prima ait, me tam alè fodere non posse, ut partes tuas corrui: & facile concedam, etiam si non adsit mala intentio. Altera lex ait, non licere damnum alteri positivè facere, quamquam possit quis alterum privare lucro: & videtur se explicare hoc casu: Ego habeo jus altius tollendi aedificium, quod si fecero, luminibus tuis officio, qua lux fuit quasi tuum lucrum, tamdiu non aedificavi. Si jam aedificem, non censebor tibi damnum intulisse, sed lucrum non debitus abstulisse. Cæterum de intentione hæc lex nec verbum.

Tertia lex quidem ait, non licere avertere à suis bonis torrentem, eo animo, ut alteri noceat, licere autem, ne sibi noceat: sed hæc lex plus non videtur velle, quam non licere torrentem sibi non noxiū avertere, in alterius fundum cum ejus damno; tunc enim merito presumitur dolus, & actio ex lege est injuria: & hinc glossa. 1. 2. dicit, talem de dolo teneri. Adde, quod leges civiles per se non considerent intentionem internam, sed actionem externam, ex qua inferunt intentionem malam internam: quia illa actione externa etiam est aversio torrentis sibi non noxiū, in fundum alterius cum hujus damno. Unde & ista lex tertio loco objecta, seu L. In summa (in quod etiam sentendum de duabus prioribus hæc objectis) loquitur de actione externa iusta, qualis est, qua in ea lege adducitur, scilicet aversio torrentis sibi non noxiū in fundum alterius cum hujus damno. Quare in casu hujus legis non intervenit tantum qualisunque malitia intentionis, sed ipsa actione externa est jam iusta. vide etiam Haunoldum tom. 1. de iust. tract. 2. n. 239.

537. Ob. 2. Qui liberalius bibit, ea intentione, ut noctu patiatur pollutionem, peccat contra castitatem: at non peccat contra eam, qui liberalius bibit, non tamen intendendo eum effectum corpem, sed tantum præsumit permittendo: ergo etiam, licet non peccet contra iustitiam, qui ponit actionem noxiā per se licitam, non ex intentione damni, quamvis damnum prævidat: peccat tamen contra iustitiam, qui actionem dictam ponit ex intentione damni, & consequenter tenet ad restitutionem. Resp. neg. antec. Vis, & incusso metus, directè tollunt libertatem a coactione; cum tamen quilibet habeat per se jus ad actions suas liberè faciendas. Fraus etiam tollit, aut minuit voluntarium, & impedit dominum à libero usu suarum facultatum, & bonorum: quod etiam est contra jus hominis; nam illud tribuit potestatem liberè disponendi. Odium autem ex communī est tantum contra charitatem; nec enim per hoc restringitur libertas alterius. Ad confirm. neg. conseq. S. Thomas, vel loquitur in casu, quo is, qui impedit, habet jus e. g. ad prebendam: vel intelligit odium, utens mediis iustis, fraudibus &c. Quo casu non tam odium, quam fraudes &c. sunt contra iustitiam: saltem non est contra iustitiam odium, nisi ut coniunctum fraudibus: & sic etiam exponitur Scotus à Cavello.

In forma, neg. conseq. Pollutio est

per se contraria castitati: nec excusari potest, nisi per involuntarietatem; unde, si per positivam intentionem voluntaria fiat, non excusabilis est. At vero actio noxia, de qua nunc agimus, cum sit conformis juri meo, nec opponatur juri alterius, per hoc ipsum excusatur à ratione iustitiae. Accedit, quod illa intentio impura à nulla alia virtute, quam castitate prohibeatur: at vero intentio invida prohibetur sufficienter a charitate.

538. Ob. 3. Quando mulier prægnans sumit medicinam, etiam talem, ex qua per se, vel ut plurimum, aut saltem sapissime, oritur mors prolis, si tamen eam sumat præcisè ad recuperandam sanitatem, in morbo gravi, non est rea homicidij, et si infans moriatur: at vero est illius rea, si ea intentione medicinam sumat, ut infans moriatur: ergo sola intentio mala reddit actionem iustitiae.

Resp. neg. conseq. Occidio hominis, facta à privato, per se est semper contraria iustitiae, sicut (ut modò diximus) pollutio est semper contraria castitati: nec excusat, nisi per involuntarietatem, neque unquam, nisi ex probris singulari licentia DEI, (qua in tali casu non habetur) datuſ ſuſ ad occisionem homini innocens directam, ſicut tamen datur ad alias actions, e. g. ad arcedam aquam. Unde, si mater positivè occidionem prolis velit, adeoque ita omnino voluntarie fiat, potest esse homicidium contra iustitiam. Vogler tamen aereſit. q. 25 n. 412. ait, dubitari de hoc posse, & forte effet tantum contra charitatem.

539. Ob. 4. Non est ratio, cur vis, metus, & fraus, sint contra iustitiam, & non etiam odium: ergo etiam illud est contra iustitiam; quia de illis id negari non potest. Confirm. S. Thomas 2. 2. q. 62. a. 2. ad 4. sic ait: *Aquis potest impeditre aliquem, ne habeat prabendam multipliciter alio modo injuste: puta, si intentas ejus necessitatem, quem impedit, propter odium, vel inuidiam, aut aliquid hujusmodi: & tunc tenetur quidem ad aliquam recompensationem: ergo odium est contra iustitiam.*

Resp. neg. antec. Vis, & incusso metus, directè tollunt libertatem a coactione; cum tamen quilibet habeat per se jus ad actions suas liberè faciendas. Fraus etiam tollit, aut minuit voluntarium, & impedit dominum à libero usu suarum facultatum, & bonorum: quod etiam est contra jus hominis; nam illud tribuit potestatem liberè disponendi. Odium autem ex communī est tantum contra charitatem; nec enim per hoc restringitur libertas alterius. Ad confirm. neg. conseq. S. Thomas, vel loquitur in casu, quo is, qui impedit, habet jus e. g. ad prebendam: vel intelligit odium, utens mediis iustis, fraudibus &c. Quo casu non tam odium, quam fraudes &c. sunt contra iustitiam: saltem non est contra iustitiam odium, nisi ut coniunctum fraudibus: & sic etiam exponitur Scotus à Cavello.

Quenam Quantitas Rei Alienæ Acceptæ fit gravis.

QUÆSTIO II.

De Obligatione restituendi ex Re Accepta.

ARTICULUS I.

Quenam Quantitas Rei Alienæ Acceptæ fit gravis.

540. Ob. 5. Qui lædit iustitiae Tictum, ac prævidet, quod inde per accidens oriaturum sit damnum Cajus, e. g. occidit Tictum, qui dein non amplius ait Cajum, quem hucusque liberaliter aluerat: vel nihil amplius legat Cajus, cui multa legare definaverat, non agit iustitiae contra Cajum, nisi damnum illud intendat: si vero damnum positivè intendat, agit contra ius Caij, & fecuto damno tenetur ad restitutionem; quamvis enim illud damnum per se non connectatur cum iusta lexione Tictij, pravata men intentio supplet defectum illius connexionis: ergo. Res. in hoc casu vel damnum ortum Cajus, est in se spectatum, contra iustitiam, vel non datur obligatio restituendi. vide infra n. 728. & 737.

Illung tr. 2. disp. 3. n. 79. videtur velle esse contra iustitiam; quia, ut ait, doctores unanimiter sentiunt, quod si quis per vim Tictio adhibetur cum impedit, ne mihi benefaciat, non tantum agit iustitiae contra Tictum immediatè laesum, sed etiam contra me, qui habeo jus, saltem ad hoc, ne quis per vim, aut fraudem, alium impedit à conferendo in me favore, vel beneficio, ut etiam testatur Lugo de iust. disp. 9. sec. 3. n. 32. esse communem.

Rursus hæc ipsa prævisio damni videtur laesorem constitutere causam per se damni: quia, sicut ipsi prohibita est actio ledens Tictum, ita & prohibita est actio ledens Cajum: adeoque erit causa per se. Quodsi tamen in aliquo casu, vel ex hoc, quod, ut quidam volunt, damnum fit nimis remotum, vel ex alia causa, talis laesio respectu Cajii non sit in se iusta, tunc sola intentio mala, seu peccaminata contra aliam virtutem, e. g. intentio ex odio concepta, que est contra charitatem, non afferit obligationem restituendi, sed tantum facit actionem peccaminosam contra aliam virtutem. videatur Illung tr. 2. disp. 3. n. 77.

541. Ob. 6. Male supponimus, quod iustitia ex fine suo præmio, & direcione, tantum præcipiat, aut prohibeat actions externas: ergo. prob. antec. judicium temerarium est actus interni, & tamen direcione prohibetur à iustitia: ergo. Res. neg. supponimus, quod soli actus externi sint contra iustitiam; admittimus enim utique, quod multi actus interni, e. g. judicia temeraria, fraudulentia intentiones, desideria furandi, occidendi &c. sint contra iustitiam: sed tantum supponimus, quod iustitia ijs actibus solis non annectat onus restituendi; neque enim ob judicium temerarium pure internum datur obligatio restituendi, nisi velis absolve dicere, ipsam cessationem à tali actu esse aliquam restituionem, ad. prob. antec. conc. totum, sed nego, quod omnis actus, qui est aliquo modo contra iustitiam, eo ipso afferat onus restituendi.

R. P. Ant. Mayr Theol. Tom. II.

543. Dico 2. Materia furto subtracta gravis, & ad restituendum sub gravi obligans, est illa, ratione cuius ablata dominus est rationabiliter graviter invitus: vel quae afferat rationabilem gravem animi dolorem, & tristitiam difficulter impedibilem: quevidetur idem sonare. ita Gormaz de iustit. n. 699. Haunoldus tom. 1. de iust. tr. 2. c. 2. n. 322. & recentiores communiter, imò Gormaz ait, hanc afferitionem esse certam, Prob. Talis materia furto sublata sufficit ad latendam graviter charitatem, & pacem: ergo etiam sufficit ad peccatum mortale. Rursus talis materia sublata est notablem damnum proximi: ergo est peccatum mortale. ant. est clarum; nam tantum notabilem damnum rationabiliter ferimus molestè, seu graviter. Coa